

ferae, quam conspexerunt, parcunt. Hos studiose foveis¹ captos interficiunt; hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines et mansuefieri² ne parvuli quidem possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

¹in appearance. ²pitfall. ³to be tamed.

XLVIII.

A force left on the Rhine (Caes., Bell. Gall., VI., 29).

Caesar, postquam per Ubios exploratores comperit, Suebos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturae student, constituit non progredi longius; sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleretur atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit atque in extremo ponte turrim constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causam ponit magnisque eum locum munitionibus firmat. Ei loco praesidioque Caium¹ Volcatium Tullum adulescentem praefecit.

XLIX.

A Roman hero (Caes., Bell. Gall., VI., 38).

Erat aeger cum praesidio relictus Publius Sextius Baculus, cuius mentionem superioribus proeliis fecimus, ac diem iam quintum cibo caruerat. Hic diffusus suae atque omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit; videt imminere hostes atque in summo esse rem discrimine; capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequuntur hunc centuriones eius cohortis, quae in statione¹ erat; paulisper unam proelium sustinent. Relinquit animus² Sextium gravibus acceptis vulneribus; aegre servatur. Hoc spatio interposito reliqui sese confirmant³ tantum, ut in munitionibus consistere audeant speciemque defensorum praebeant.

¹on guard. ²consciousness. ³take courage.